

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Joannis Reuchlin Phorcensis LL. doctoris celebratissimi
Sergius uel capitis caput**

Simler, Georg

Tubingae, 1513

De comoedia

[urn:nbn:de:bsz:31-270887](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270887)

DE COMOEDIA FO. II
 GEORGII SIMLER IN SERGIUM IOANNIS

Reuchlin Phorcensis L.L. doctoris enarrationes.

¶ In exponēdis auctōribus spectari quæriq; cum soleat, quo genere carminis poeta scripserit, de comœdia silendum mihi potius q̄ pauca dicere existimo. Tum q̄ ea de re diuinæ uir facundie græcus auctōr Theophrastus uolumē instituit. Tum deinde q̄ Helio Donato in lectionis Terentianę prodromo qui prolixius repetiuerit illius originem carminis hæc tē^o quem sciam uidi neminē. A deo copiose quę recitauit a primordiis deduxit, ut grammaticorū multiplici cōhorti unus atq; unus egregie satilsecisse putari debeat omnino. Equiorem itaq; lectoris anxii ratus conditionē, qui Donati quę scripta reliquisset intelligeret, quando omne curriculū industriæ suę doctiss. enarrator in lectorum propulsando errore uersari uoluit semper, pauca tñ pro tpe quę solent in foribus librorū p̄libari ad lectissē cōtētus de comœdię referā materia, si prius cōpēdiaria stringā p̄faciiscula quā in singulos uersus explanationē impiar.

DE COMOEDIA

Comœdia in eo est genere poematis, q̄d a græcis *Δραματικόν* id est actiuū uocatur. In quo personę agūt solæ, sine ulla poetæ interlocutione. Ab illis ita finit, *κωμωδία ἐστὶ ἰδιωτικῶν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀκτινὰ μὲν περιουχῆ*. Id ferme hoc sonat. Comœdia (nam scribitur o me ga cum iota subnotato in secunda syllaba, quę litera in cœ diphthongon uertitur) Comœdia inquam est priuata; et ciuiliū rerum sine periculo cōplexio. A pagis rusticorūq; cōuenticulis nuncupata, quas illi *κωμὰς* id est uillas uel pagos nominant, sed longe relinqui a tragœdia qui nefcit uel ex uerbis Calchedonii Xenocratis accipiat. Is cū a Bione obiurgaretur nō tibi inquit respondebo equidē. Nam neq; tragœdia comœdiam cum ab ea lacessitur responsione dignatur. Donatus affectum ciuiliū ac priuatorū continere docet comœdiam, qua discit in uita quid sit utile, quid contra euitandū. Ex illis Donati uerbis affectus in comœdia quærendos explicandosq; elicimus, quos & ipse digniss. interpres ubiq; solerter rimatus, medullitus (uti aiunt) plus q̄ uocabulorū inclinamēta subtiliter discussit, quare q̄d minus grāmatisis hoc est a literatoribus in manus sumitur mirari iam desino. Et M. Cicero de genere narrationis, quod in personis est positum ubi meminē, animorū dissimilitudinem cōtinere uult, q̄d maxime in comœdiarum attendit actibus. Sed lo præterea comœdia est quem illi *χαρκτηρία* uocant quotidiano sermoni similimo & presso non sublimi. oratione tenui leui uulgaria atq; humi repente, quod Horatium sensisse uideo cum inquit.

Ecce quidam comœdia nec ne poema
 Esset quæsiuere, q̄ acer spiritus & uis
 Nec uerbis nec rebus inest, nisi q̄ pede certo.
 Differt sermoni sermo merus.

Theophrastus
 Donatus

Diffinitio
 comœdię

Comœdia
 Tragœdia

Affectus in
 comœdia
 quærendos

Character
 comicus

Vnde a plærisq; populares sunt di. ti poetæ comici, quorum themata
 quæ vocamus argumenta in veteri comœdia res geltae quondã fuere
 palam in scæna decantatq; sed abusus licentię infamiam lege retrusit. In
 satyrã itaq; mutatũ hoc carminis genus, cum in suspitionẽ uenire cepis-
 set, & ipsum est abrogatũ. Noua hæc tandem comœdia inuenta, quæ fi-
 cta uicitur hypothesi, non temere tũ excogitata, quemadmodũ uulgi co-
 hors indocta uociferatur assidue, cuius ignauitæ Cicero in oratione pro
 Sex. Roscio scitissime reclamationat. Vbi hæc esse a poetis conficta ostendit,
 ut effectos nostros mores in alienis personis expressamq; imaginẽ no-
 stram uitæ quotidianę uideremus. Hoc Ciceroniano uersiculo non ine-
 pte comicorũ explorari cõsiliũ existimauerim. Et huic nostro tale aliqd
 accidisse reor. Cum uerbum illud Cohelis incessanter recordaretur ex-
 clamantis. Ve tibi terra cuius rex est puer. In hoc itaq; animũ intẽdissẽ
 opinor, ut principibus monitũ suasuq; sub p̄sentis fabulæ hypothesi sa-
 lubriter consulere, abstinendũ a capitibus uanis, quibus Plato regnoꝝ
 administrationẽ interdixit, cuius sententiã sempiterna dignandam me-
 moria Lactãtius ille christianus Cicero hoc uerborum lepidissimo exi-
 nuat in uolucro. Futuras eas dicens ciuitates beatas, ubi aut philosophi
 regnarent, aut reges philosopharent. Quod & Macedo Alexãder ma-
 gnus sensit, cum doctrina quã gloria militari p̄stare duxit fatius. Quid
 Zenonem, quid Aristotelem permouisse putemus, qui regnum & im-
 periũ nemini nisi solis sapientibus obnoxium fecerunt. Socratem legimꝰ
 Glauconem Plutonis fratrem ad rempub. accedere uolẽtem proposito
 retraxisse, q̄ rudis esset ignarusq; rerũ. Antisthenes philosophus in omni
 græcia famigeratus Atheniensibus consuluit a sinos ut equos decerne-
 rent, atq; illi cum dicerent irrationabile, Tum Antisthenes, quid ergo
 duces apud uos, qui nihil didicerunt solumq; designati sunt, Nonne in
 libro Iliados ix. Nestor a Ioue traditum esse regnũ Agamemnoni causa-
 tur, ut cæteris recte prudenterq; consuleret, Imperator Iustinianus legi-
 bus armari rempublicã oportere putauit, non solum armis decorari. Sa-
 cra deniq; recitat historia Samueli prophetæ a deo consilium sciscitanti
 responsũ esse. Non corporis pulchritudinem ac speciem apicem facio re-
 galem, sed uerã sine dubitatione uirtutẽ. Ea inquã uia Dauidi Salomon
 Iosue Moyses princeps populo sufficit Israelitico. Et reuera quibus sub-
 ditorum salus committitur omni uirtute plenos esse debere Iosephus re-
 cõstissime scriptũ reliquit. Nam qui populo præsumunt si literas (quæ se ma-
 xime decet) ignorant, rationẽq; bene gubernandi ex aliorum p̄ceptis
 (quod sine doctrina & lectione fieri nequit) colligere negligunt scænici
 futuri sunt principes & imaginarii. Quid em̄ aliud est princeps illitera-
 tus q̄ imago leonis ceteris feris imperitantis. Apud uetustissimos itaq;
 non temere consuetudinẽ irroboraſse existimandũ est eam, ut maiores
 natu regnũ sibi uindicarent, q̄ huic ætati laetius inesse consiliũ magistra

Argumen-
tũ comœ-
diarum

Præsentis
comœdię
argumẽtũ

Alexãder
magnus
Zeno
Aristoteles
Socrates
Antithe-
nes

noscitabant experientia, pernicioſa res igitur princeps illiteratus, cui inſuper ab aulicis ſi tam p̄dite colludit improbiſſimis fieri incipit, ne principatus fato ſed fortuna dari putetur teſte Lampridio. Et Vopifcus ait nihil eſſe quod peiores faciat principes quā ſtulti & deſtabiles aulici et rei publicę ignorantia. Diocletianū non inepte ferunt dixiſſe, nihil difficilius quā bene imperare. Vñ Sapiēs gręcus *μη άρχη πριυ άρχηδαι μάκονς* .i. nō regas priuſquā regi diſcas. Quę obrem doctus ſit princeps. Nam ſi thema noſtri poetę diligenter introſpicias, Buttubattę ſimiliſimū intelliges principem, qui caluar iā reperiſſe putari debet, hoc eſt inanem conſilium, hunc ſinu ſi fouet ipſe, aulicorū cętera turba exoſculari non deſinit (turba in quā) in eiufcemodi principatu hiſtrionibus nō incomparabilis. Verum hęc ſunt quibus regna concidūt caluarie, uirtus, probitasque reſque periclitatur publica, hiſ libertas exterminatur, ſeu aq; tyrannis intro ducitur, quodque libet hoc licere incipit, quę res nō principes ſed portenta in terras exportanda remotiſſimas concitat. Ad diuerticulū repedans hęc miſſa facio. Ex antiquiſſimis ſunt comiciſ, Suſſaron. Nullus ac Magnes, hi ueteris diſciplinę ioculatoria nec ſcite nec uenuste pronuntiauerunt. Etas ſecunda Ariſtophanem. Eupolim atque Cratinū habuit, qui uitia inſectati comędias ſcripſerūt acerbiliſſimas. Tertia ætate Menander fuit & Philemon omnē comędię acerbitatē mitigantes. Horū fabulas romani poetę cum pluris uertere ac latinas facere æſtimarent, quā nouas cudere, latina diſtione curauerunt illuſtrare gręcitatē lucē atque ornatus, ſed aſſequi non potuerūt quę conſequi propoſuerunt. Improſpere em̄ inſceliciterque uertuerunt nimis, adeo, ut gręcanicis ſi contēdere uelis faceciis & luminibus, quibus illę lucent immodice, intelliges prope inopi & inſacunda lingua diſſerētia longe conſtare remotiſſima Terentiū quis neſcit Menandri ueſtigia ſecutū & Apollodori; Merito non diſplicuit ei prior Menander ſcilicet, nā poeta fuit magnus in ſocco comico, regū egypti et macedonię teſtimonio claſſe et p̄ legatos petiē, Apud nos uero inter latinos comicos ordinationē nō obſcure traſtauit Sedigitus, qui quę in loco & honore poni obſeruarique uelit uerſibus inſinuauit, ubi poſt Plautū (quę ſecūdo digeſſit loco) in ſexto Terentiū collocauit. Seruius autē noſter ex grāmaticis triūuir alio reſpectu oibus comicis Terentiū antepoſuit, latini uidelicet p̄prietate ſermonis. Quare qui profitentē elemētaria penſitatione nō tam lectione quā ingenio intuentur admonitos uelim. Apollini ſacrā eſſe comędiā, uti libero patri traędę comędię Plautus eſt auctor in mercatore, & Terentius. Inter comicū tandē & comędum non erit danda neglectui diſſerētia, ad corrigendū mendandumque errorē barbaſculorū quorundā eam in rem errantiū immodice. Comędus hiſtrio dicitur actor recitatorque comędię. Comicus uero ipſe poeta auctor factorque comędię. Comędus Roſcius fuit. Comicus Plautus & Terentius. Tranquillus in Claudio. Et inducti per ſimulationem comędi. Iuuenalis ſaty. iiii. Vxorē comędus agit.

Comici antiquiſſimi.

Comicus Comędus